



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Nox. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

Actuū. Io. Nulla erit differentia inter beatos, sed erunt omnes equales, et tolletur decor celi, cū ordo sit decor vniuersi, et poterunt iumenta esse in celo, iuxta illud psalmi. 35. peruerse intellectum, Homines et iumenta saluabis domine, quemadmodū multiplicasti misericordiā tuam deus. Absint hec. Ordo pulcherrim⁹ scdm diuersitatem multorum erit in sanctis dei, de quo loquitur apostol⁹ Paulus. I. Corint. 15. Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellarū. Stella enim a stella differt, in claritate, sic et resurrectio mortuorum.

NOX .VI.

Verum quia libros doctoris Lutheri (tametsi bona scribat) charitas uestra floccipendit, mitto uobis libellū. paruum quidem, sed consolatoriū tamen, quem sano quāso intellectu sepius quā perlegatis, et omnem spem uestram atque fiduciam collocetis in CHRISTI satisfactione ac misericordiam.

Landelā Sexta.

Ex quo libri Lutheri heresibus, maledictis, et blasphemis pleni sunt (etiam interdum vix aliqd potineant, quod tamen vix de purissimis fontibus sanctorum doctorum haurire possumus) non licet libros illos legere, cū sint interdicti a vicario Christi, cui obedire omnis Christianus tenetur. Proinde hec prohibitio emanauit, quia mors anime legentibus imminet propter perfidiam, quam abundantissime in eis effudit. Sicut cibum intactum conuiuere relinquerent, cui venenum immixtum diceret, ne moreretur in corpore, quod magis vitare deberent potius dei, cibum anime intoxicatum: ne moriantur in anima, qualis est omnis doctrina heresi respersa, et libri Lutheri. Quot sunt mortui in anima, qui preceptum contempserunt, et veritum cibum anime comederunt. Qui vero talem cibum discernere norunt, et ut ceteros et seipsum custodiant Lutheri libros legunt, non ces-

sentur legere prohibiti, quia faciunt qđ Christi vt
carius intēdit. De libello qui dicitur mihi missus,
nihil mihi constat, nec recepi eū, ideo non possum
eum dijudicare. Sequitur sexta hac i nocte de spe
& fiducia collocāda super Christi satisfactionē & mi
sericordiā. Sane ita faciendū est: ita tamen, qđ nō
negligamus etiam nos satisfacere leso deo vel ho
mini, & operemur que iussa sunt nobis, quia de⁹ dā
bit vniciq; iuxta opera sua psalm. 61, et non scđm
opera vel satisfactionem Christi, per cuius tamen
misericordiam nra sunt opera meritoria, sed etiam
nos ipsi misericordie opa impleamus, vt nobis mi
sericordia fiat, iuxta illud Matth. 5. Beati miseri
cordes, quoniā ipsi misericordiā psequētur. Quia
deficientibus his operibus, Jesus pro nobis cru
cifixus, & misericordissimus & iudex iustissimus di
cturus est: Discedite a me maledicti in ignem eter
num, qui paratus est diabolo & angelis eius, Mat
th. 25. Frustra innititur satisfactioni & misericordie
Christi, quisquis sine gratia & sine charitate fuerit
ac sine bonis opibus, quia Christ⁹ reiiciet talem,
nec suam satisfactionem nec opera nec misericordi
am cōmunicabit eidē, saluis his q̄ supra dicta sunt.

NOX .VII.

Nam si Iudas uel suspensus, pro uenia peccatorum,
& pro gratia deum orasset, absq; alia quauis satisfacti
one impetrasset. Deus bonorum nostrorum non eget. No
bis uero ipsius merita & fuerunt & sunt semper neces
saria. Ipse nemini (quamlibet peccator sit) ueniam petenti
negat. Siquidē omnes nostre infirmitates illi perspicue
sunt, quippe cui ab aeterno clarius quā nobis cognita
sunt omnia. Vā illi qui eius gratiæ diffidit: & cōtrā, fe
lix ille peccator, qui propitiationem flagitās, prorsus ni
hil de misericordia diuina desperat. Reliquum est quod
oro, charitas uestra hec scripta boni consulat. Equidem